apponiť ſm quaſdā partes ſanguis,deinde ipſi ſic trāſ-
mutato ſuperexpandiť forma,totū quidē vt totum ma
ius fit,ſed non qđlibet eius ſenſibile punctuꝫ,vt ipſe di
cit.ſicut enim porta aut menſa ſi ab extrinſeco ei appo-
ſita fuerint ligna totū quidē maius factuꝫ eſt,non tamē
quęcūqꝫ pars menſę augmentationez ſuſcepit,⁊ quēad-
modū quadrato gnomon circūpoſitus totum quidem
quadratū vt totū auxit,non tn̄ quācunqꝫ pręexiſtentis
partium maiorē fecit,ſed manſit ſpatiū immutabile,ſic
ꝓculdubio ⁊ in his quę augenť ſi appoſitio materię fa-
cta eſt ſm quaſdā partes,eodē modo quo dicta,accidet
augeri quę augentur.hoc aūt eſt pręter euidentiā. vide-
mus nāqꝫ vere quācūqꝫ partem eius qđ augeť maiorē
fieri.⁊ forte augmentationē quidem in alijs dimenſio-
nibus poſſibile eſt ſeruare.eam ꝟo quę eſt ſm longitu-
dinē minime.ſit autez ſermo exēpli cauſa in vna parte,
vt oſſe.hoc igitur ſanguine nō ſolū exterius circūfuſo,
ſed etiā in profundū ſparſim procedente, natura mate-
riam ampliorē accipiens ſuperexpandit. extenditqꝫ fi-
guraꝫ oſſis ⁊ ſeruat eandē in maiori mole.quēadmodū
ſi fiſtularez cerā intellexeris, deinde huic exterius cerā
circūfuſam,aut etiam in profunduꝫ vbicūqꝫ,deinde ip
ſam artem,aut flatu,aut aliquo alio modo tumefacien-
tem fiſtulā ⁊ latiorez facientē. manifeſtū eſt igitur ꝙ in
hac appoſitio nō ſm oēm partem facta eſt.figurę tn̄ au
ctio, non vt in quadrato cui eſt gnomon circūpoſitus
perfecta eſt,ſed tota in vniuerſuꝫ ſm omnē partē fiſtu
la in maiorē molez aucta eſt.tale igiť etiā in natura opꝫ
intelligere ꝙ ampliore materia oſſi circūfuſa expandit
natura totam per totam figurā ⁊ non exterius ei appo-
ſitionē fecit. augmentatio igitur in latitudine hoc vtiqꝫ
modo potuerit intelligi.eam ꝟo quę eſt in longitudine
non eſt eodez modo poſſibile, quoniā enim fiſtularia
oſſa ſolidas habēt deſinentias vbi ⁊ colligationes par-
tium fiunt,qūo creſcit in longitudinē pars fiſtularis in
oſſe.ſi enim ſm finem longitudinis appoſitio fiat ſan-
guinis,ꝓculdubio in id qđ eſt ſimilis ſpēi cuꝫ ſubiecto
mutatio facta fuerit,quare ſolidę oſſiuꝫ partes augebū
tur.non tamē fiſtulares.ſi aūt appoſitione facta in pro-
fundū oſſis ſic creſcit in longitudinē,aut ſm vniuerſaꝫ
circūferentiaꝫ oſſis procedet ſanguis ad profundū,aut
non ſm vniuerſam ſi igitur ſm vniuerſam totaliter di-
uideť os.⁊ rurſus augmētatio non erit cuiuſlibꝫ partis
ſm longitudinem, ſed quēadmodum ſi quadrato qua-
dratuꝫ aliud apponat aliquis facit totū altera parte lon
gius.non aucto ſubiecto ſm longitudinez,ſed velut fa-
cta ei cōiūctione ſeu copulatione alterius ſimilis in ſpe
cie.hoc quippe ⁊ in oſſibus accidet. quo pacto etiam ⁊
extrema oſſium ſolida augmētationē recipiēt.ſi autem
non vniuerſę circūferētię in profundū facta fuerit oſſi
appoſitio,ſed ſm quaſdā partes non augebitur per to-
tum in longitudine,ſed in quibuſdā partibus. hoc autē
eſt impoľe,diuelleť enim totum quibuſdā quidē parti-
bus oſſis in longitudine auctis quibuſdaꝫ ꝟo nō.neqꝫ
eniꝫ poſſibile eſt nām ſm longitudinē ęqualiter exten-
dere fiſtulares partes oſſis non ꝑſubiecta materia extē
ſibili.ꝑterea quo pacto oīno poſſibile eſt quācūqꝫ par-
tē oſſis in longitudine augeri dicere. nā eo ꝙ ex magis
cōuexa minus cōuexa fit pars fiſtularis oſſis augebiť
vtiqꝫ omnis pars in latitudine ęqualiter,ſed in longitu
dine quo pacto ſeruabitur quācunqꝫ partem augeri. ſit
enim ꝙ per totum in lōgitudine circūponatur ſanguis
⁊ tranſformeť in oſſis naturā, manifeſtum eſt itaqꝫ ꝙ
hic tranſmutatus appoſitus eſt,cū natus ei qui a princi-
pio fuit,⁊ fecit totuꝫ maius ſm longitudinē, non tamē
cuilibet parti eſt facta augmētatio ſm longitudinē.ea-
dem ⁊ de profundo vtiqꝫ dixerim. ſi eniꝫ non per totū
profundum appoſitio ſanguinis fit,ſed ſm quaſdā par
tes apponiť qūo quęcunqꝫ pars in profundum augebi
tur.ſit enim aliqua caro digiti profundū ſeu altitudinez
hn̄s. ⁊ adueniat huic aliquis ſanguis ⁊ circunfundatur
⁊ ſpargatur in ea.manifeſtū eſt ꝙ non cuilibet eius par
ti,ſed quibuſdam eſt appoſitus.mutato igitur ſanguine
in carnis ſubſtantiā,ꝙ quidē totum eſt factū maius ma
nifeſtum eſt.ſed nūquid ſi ſumpſero quaſdā partes car
nis ſm ꝓfunditatez quibus non eſt appoſitus ſanguis,
maius ne dicaꝫ ⁊ hoc factū eſſe,non certe. neqꝫ eniꝫ eſt
circūpoſita ei materia aliqua ſuper quā forma ſit expā
ſa,ſed eadem manet quę erat ēt a principio eodē modo
etiā ſi ſm longitudinem aliquę partes ſumptę fuerint,
quibus non eſt appoſitus ſanguis, idem certe accidet.
neqꝫ eniꝫ auctū aliquid fuerit cui nulla eſt appoſitio fa-
cta.ſed quorūcūqꝫ quidē figurę in maiorē tumorez ele-

uantur

nantur ſphęricę exiſtentes, aut ſimpliciter rotũdę, hęc eo ꝙ magis minuſue conuexa fiant dicantur vtiqꝫ ẜm omnem partem augeri aut minui, vt iam dictum eſt, eo ꝙ nulla ſit pars quę non ſit facta magis minuſue conuexa. in quibus autẽ non eſt figura rotunda neſcio quo pacto poſſibile ſit dicere quãcunqꝫ partem horum augeri, quum non fiat cuicunqꝫ parti appoſitio.

¶ Amplius aũt quodcũqꝫ punctum ſenſibile, aut maius, aut minus factum eſſe, ⁊ neqꝫ vacuum eſſe corpus. neqꝫ duas in eodeꝫ loco magnitudines, neqꝫ icorporeo augeri. aſſumenda autem cauſa cum determinauerimus primum, vnuꝫ quidem, qđ ea quę ſunt diſſimilium partiuꝫ augẽtur, quia ea quę ſunt ſimilium partium augẽtur, cõponitur enim ex his vnumquodqꝫ. deinde ꝙ caro ⁊ os, ⁊ quęcũqꝫ taliuꝫ partiũ duplex eſt, quẽadmodum ⁊ aliaꝝ in materia formam habentiuꝫ, eteniꝫ materia dicitur ⁊ forma, caro, vel os. quãcunqꝫ igitur parteꝫ augeri, ⁊ aliquo adueniente, ẜm formam quidem contingit, ẜm materiam ꝟo minime.

Com.95. ¶ Quoniam dixit punctum recte addidit ſenſibile, pro eo qđ eſt non eſt adeo parua particula. vt puncti ad corpus rationẽ ſubeat, qđ non eſt factũ maius. fit autẽ maius quidẽ qđ augeť. minus ꝟo qđ minuiť, poſtea dubitationũ de augmentatione cãm ait aſſumendã eſſe. cuꝫ eniꝫ dixerit ⁊ qđ eſt qđ augeť, ⁊ quo modo augeť, ſolutas habebit de augmẽtatione dubitatiões. cã igitur inquit augmentationis de ipſa dubitationes ſoluet. ſꝫ anteqꝫ hoc dicať, prius inquit quędã quę ad ſermoneꝫ de augmẽtatione nobis erunt vtilia determinauiſſe opus eſt. pmũ igiť antea determinat, ad eoꝝ quę ſimiliũ ſunt partiũ augmẽtationẽ, ⁊ q̃ ſunt diſſimiliũ augeri. nõ eniꝫ faciei additione facies augeť, neqꝫ manus manus, ſed eo ꝙ caro, ⁊ os, ⁊ neruus, ⁊ oĩa ſimpl'r ſimiliũ partiũ augenť. ita accidit his augmẽtatis, ⁊ quę diſſimiliũ partiũ augeri. quẽadmodũ eniꝫ quę ſimilariũ mã diſſimilariũ ſunt, talis nãqꝫ ſimilariuꝫ cõpoſitio diſſimilaria facit, merito igiť cõtingit ſimilaribus adauctis, ⁊ quę ex his cõpoſita ſunt aucta eſſe, recte aũt hoc antea determinauit. qm̃ enim opꝫ qđ augeť permanere, opꝫ primo ſcire quę nam ꝓprie augenť. vt de ꝗs quęramus ſi vere permanẽt, ⁊ quo pacto permanẽt. etenim ſi ſimile factũ qđ auget ei qđ augeť adꝗciť, vt ipſe dicet, qđ ꝟo augeť fuerit facies, ⁊ nutrimentuꝫ vtiqꝫ facies factũ adꝗcereť. hꝫ aũt eſt incõueniens. os ꝟo ⁊ carnẽ fieri dicere nutrimẽtũ nullũ incõueniens. hoc igiť primũ. ſcđm autẽ eſt eorum q̃ antea determinat. ſingulum mãlium dupl'r dici. qñqꝫ quidẽ ẜm mãm, qñqꝫ ꝟo ẜm formã. carneꝫ enim qñqꝫ ẜm ſubiectũ vocamus, qñqꝫ ꝟo ẜm formã. vocamus autẽ qñqꝫ ⁊ ex vtroqꝫ cõpoſitũ carnẽ ⁊ os. vt cuꝫ dixerimus paſſum eſſe carnẽ, aut factũ eſſe os, planum ꝙ ex mã ⁊ forma cõpoſitũ dicimus, ſed hoc vt notũ, ⁊ nihil ipſi in pñtia ꝯferens ꝑtermiſit. attamẽ qđ determinatũ eſt ab ipſo oẽꝫ ſoluet dubitationẽ. ſi eniꝫ qñ carnẽ auctã eſſe dicimus, didicerimus qualẽ dicimus, ꝙ eam quę ẜm formã, ⁊ nõ eã quę ẜm mãm, dubitationes oẽs ſolutas inueniemus, ſi eniꝫ mãꝫ inquit dixerimus augeri, neqꝫ dubitationes effugiemus, neqꝫ inexñtia augmẽtationi ſaluabimus, neqꝫ. n. manet eadẽ mã, neqꝫ ipſius qđcũqꝫ maius fit. ſi ꝟo formã dixerimus augeri, oĩa ſeruabimus. manet eniꝫ eadẽ forma, nõ. n. eſt carni ẜm formã eſſe, in eo ꝙ tãta, ſed in eo ꝙ talis ſit. dicimus autẽ ⁊ de reliqs, non aũt formã ſeorſuꝫ a mã ſeruari dicit. hoc enim impoſſibile, ſed qm̃ forma ipſa ſeruatur, ſiue amplior, ſiue minor mã fuerit, mã ꝟo non amplius eadeꝫ manet, ſi qñqꝫ quidẽ maior, quandoqꝫ ꝟo minor.

¶ Oportet enim intelligere, quẽadmoduꝫ ſi quis menſurauerit eadem menſura aquam, ſemper enim alia ⁊ alia eſt quę fit. ſic etiam augetur carnis materia, ⁊ nõ omne cuicũqꝫ adꝗcitur. ſed hęc quidẽ defluit, illa ꝟo aduenit. figurę autem ⁊ formę cuicunqꝫ parti. Tex.c.36.

¶ In his autem quę diſſimiliũ ſunt partiũ, hoc magis patet. vt in manu, qm̃ proportionaliter aucta eſt: materia enim altera exiſtẽs hoc in loco manifeſta magis eſt ipſa forma qꝫ in carne, ⁊ his quę ſimilium partiũ, quare ⁊ mortui magis videbitur adhuc eſſe caro ⁊ os, qꝫ manus ⁊ brachium. quare partim quidem quęlibet carnis pars aucta eſt, partim ꝟo non, ẜm formam enim cuicunqꝫ acceſſit, ẜm materiam ꝟo minime. Tex.c.37.

¶ Menſurã quidẽ formę aſſimilat. mãm ꝟo ei qđ mẽſurať exemplũ aũt nõ aſſumpſit ad augmẽtationẽ, ſed vt oſtẽderet, qđ eſt qđ manet, ⁊ qđ qđ fluit. quẽadmodum igiť in ꝗs q̃ mẽſuranť, ẜm mẽſurã eadẽ ſunt q̃ mẽſurantur, ẜm ſubtũ ꝟo ⁊ mãꝫ non eadẽ. ita ſe hꝫ ⁊ in ꝗs q̃ nutriunť augenturqꝫ. ẜm mẽſurãs quidẽ ⁊ terminãs (hoc aũt eſt forma) eadẽ ſunt. ẜm mãm ꝟo interdũ diuerſa. ꝙ ſi intellexeris extenſam mẽſurã, ⁊ qñqꝫ quidẽ qđ mẽſurať maiorẽ, qñqꝫ ꝟo minorem ſuſcipere, accõmodabiť ⁊ in augmẽtatione exẽplũ. ita nãqꝫ ⁊ augetur carnis mã, ⁊ nõ cuilibet omni aduenit, ſꝫ hoc quidẽ defluit, illud ꝟo accedit, ⁊ nõ permanet eadẽ. quẽadmodũ neqꝫ aqua quę in menſura eadẽ eſt, ſed hęc quidẽ defluit, illa ꝟo ſubingrediť, ⁊ non toti prębexiſtẽti apponitur adueniens, neqꝫ enim permanet, ſed ẜm aliquã parteꝫ apponiť. cũ igiť pluris fuerit quę ſubingreſſa eſt, qꝫ q̃ defluxerit, tunc ait, carnis materia augmẽtata eſſe diciť. manifeſtum autẽ ꝙ nomine augmẽtationis abuſus eſt. additio nãqꝫ talis res eſt. nõ augmentatio, neqꝫ. n. augmẽtationis ꝓprietates ſeruanť. nõ cuicũqꝫ igiť parti mãę fit appoſitio. ꝑ totũ nãqꝫ caro tumeret. figurę ꝟo dixit, ideſt ꝑ menſurã, hoc eniꝫ exẽplo ⁊ ſilitudine mẽſure in augmentatione vſus eſt. figurať autẽ menſura ab eo qđ menſurať, vt in pluris materię tranſitu ſimil'r ſuperextẽdatur, vel figurę dixit, qm̃ vnũquodqꝫ eoꝝ quę augetur cum ſint ſimilariũ partiũ natura figurã aliquã propriã habent, ita enim ⁊ cũ his ipſis eſt eſſe. alia nãqꝫ eſt tali, alia ꝟo cruris figura. vt igiť a principio cum ꝓpria figura generať. ita ⁊ qñ augeť eam figurã conſeruando augeť. non poſſet aũt alio modo in augmẽtatione eadẽ eius figura ſeruari, niſi omniquaqꝫ ſil'r augereť. qđ aũt eoꝝ quę augenť quęlibet formę pars augetur. manifeſtius ex his quę diſſimiliũ ſunt partiũ ꝑſuadet. videnť eniꝫ ea quę ſunt diſſimiliũ partiũ manifeſtiorẽ oſtẽdere ẜm materiã formãqꝫ differentiã. ⁊ magis ea quę diſſimiliũ partiũ ẜm formã figuranť, manifeſtiores nãqꝫ formaꝝ habẽt operationes, verũ ea quę ſimiliũ partiũ, non adeo manifeſtã mãę a forma diſtinctionẽ habent. Com.96.

⁊ hoc ex defunctis ꝑſuadet, defuncti eniʒ manū nullus vnq̄ꝫ dixerit ꝓprie manū eſſe, niſi vt lapideaʒ vel depictā, nō eniʒ facit manus opus. carnē tñ ⁊ os ēt videmus eādeʒ eſſe qualis erat ⁊ viuētis, qꝛ nō manifeſte ſunt horuʒ operationes, qm̄ ergo manifeſtiores ſunt diſſimilariū formę, manifeſtius in ipſis licet inſpicere, ⁊ formaʒ eſſe quę augeť, ⁊ quācunqꝫ eius partē equaliter augeri. cū eniʒ dixerimus manū aut faciē auctā eſſe, nō manus māʒ, ſed formā dicimus. manus eniʒ ⁊ reliq̄ formā magis q̄ꝫ māʒ repñſentant, ⁊ faciē augmentatā eē dicētes nō magis naſuʒ q̄ꝫ oculū dicimus, ſed ęqualr̄ vnaquęqꝫ faciei particulaꝝ augeť, ſed ⁊ vniuſcuiuſqꝫ particulę ęq̄liter particulę augenť. ęqualr̄ enim totus naſus augetur. ſilr̄ ⁊ manus vnuſq̄ſqꝫ digitus, ⁊ cuiuſcūqꝫ digiti vnuſquiſqꝫ nodus. quoniā igitur caro duplr̄ dī, ⁊ ſm māʒ ⁊ ſm formā, ſm materiā quidē non quodcūqꝫ carnis auctum eſt, ſm ꝟo formam quodcūqꝫ auctum eſt.

Tex.c.38. ¶ Maius tamen totum factum eſt, adueniē te quidem aliquo quod vocatur nutrimentum ⁊ contrarium, tranſmutato auteʒ in eādem formam, vt ſi ſicco adueniret humidū, adueniens autē tranſmutaretur ⁊ fieret ſiccuʒ. eſt q̄dē vt ſimile ſimili augeť. eſt ꝟo vt

Tex.c.39. diſſimili. ¶ Dubitaret aūt aliquis quale nā opꝫ eſſe quo augeť. manifeſtū vtiqꝫ ꝙ potētia illud. vt ſi caro potētia carnē actu. alterū igitur. corruptū aūt hoc caro factum eſt. igitur non ipſum per ſe. generatio eniʒ eſſet, nō augmentatio, ſed qđ augetur hoc.

Com.97. ¶ Cum dixerit de eo qđ augeť qđ nam eſt, ꝙ.ſ. non mā ſed forma. nūc vult ⁊ de augmētāte dicere qđ nā eſt. neceſſe aūt hoc vel corpus eē vel incorporeū, qđ igiť non incorporeū, ſed corpus iam demōſtrauit. nūc ꝟo quale corpus ſit, quęrit, vtruʒ ſile ei qđ augeť, aut diſſimile, ⁊ ɔ̄riū. ⁊ inquit partiʒ q̄dē ei qđ augeť eſſe ſile, partiʒ ꝟo diſſimile ɔ̄riūqꝫ: potentia eniʒ ſile, actu ꝟo ɔ̄rium. qm̄ eniʒ qđ alicuius ſilis additione augeť. carnē eniʒ carne opꝫ auctam iri, ⁊ os oſſe. ob hoc neceſſe eſt ſile eſſe qđ auget ei qđ augetur. ſed qm̄ rurſus nutrimētū ab eo qđ nutritur ⁊ augeť pati neceſſe eſt, patitur autē non ſimile a ſimili, ſed contrariū a cōtrario, ob hoc rurſus opꝫ nutriens ⁊ augens contrariū eſſe ei qđ augeť ⁊ nutriť. quare ſi opꝫ augens pati ab eo qđ augeť, ⁊ ſic tranſmutari in illi⁹ ſubſtantiā, neceſſe eſt potētia quideʒ eſſe ſimile, actu ꝟo ɔ̄rium. nutrimentū igiť cū ſit potentia ei qđ nutriť ⁊ augeť ſimile, ipſi appoſitū, ⁊ ab ipſo paſſuʒ, quod erat potētia (erat aūt ſimile.) hoc actu genitū ⁊ aſſimilatū nutrit augetqꝫ carnē ⁊ os, ⁊ alioꝝ ſingulū. tranſmutatur aūt nutrimentū nō ipſuʒ ꝑ ſe, neqꝫ ſeorſum ab eo qđ nutriť ⁊ augeť exiſtēs, nō enim caro cū carni acceſſerit ſic ipſaʒ nutrit ⁊ auget, ſi eniʒ anteq̄ꝫ nutrimētū ei qđ augeť apponereť in illius ſubaʒ tranſmutareť gñatio magis tale nō augmētatio eſſet, ſed opꝫ nutrimētū ꝑus cuʒ eo qđ nutriť mixtū eſſe, deinde ab illo cū paſſuʒ fuerit in illius ſubaʒ trāſmutari, quēadmodū enim ſi ardenti igni ligna imponeremus, paſſa deinde flāmaʒ augerēt, tunc dicimus ignis augmentationē eſſe genitā. qđ ſi ad extra accendereť lignū, deinde apponeremus alteram flāmā cuʒ tetigerit, generationē ⁊ additionē nō augmētationē genitam eſſe ignis diceremus. itaqꝫ quoqꝫ ⁊ in his quę augenť ſe hʒ, ſiquidē tranſmutatuʒ nutrimētuʒ in carnē, ita carni appoſitum fuerit, generatio ⁊ additio non augmentatio carnis erit, nunc ꝟo hoc non fit, ſed prius apponitur ſubiecto nutrimentuʒ, deinde in illius ſubſtantiā ab eius natura trāſmutatur. in eo ꝟo [dubitabit autē aliquis] illud [autē] pro eo qđ eſt [enim] intelligendum eſt. tanq̄ꝫ enim cum iam ſoluiſſet dubitationem, ita hoc induxit. dicens enim ꝙ id qđ auget partiʒ quidem ei qđ augetur eſt ſimile, partiʒ ꝟo diſſimile, potentia quidem ſimile, actu ꝟo diſſimile, ⁊ cum ſoluiſſet quęſitum, ſic dubitationē induxit, quaſi diceret, etenim dubitare aliquis poſſet, quale nam oportet eſſe qđ auget, vtrum ei quod augetur ſimile an diſſimile. deinde tanq̄ꝫ ꝙ ex dictis iam dubitationē ſoluerit, intulit, manifeſtum itaqꝫ ꝙ potētia. hoc eſt manifeſtuʒ ex iam dictis. ſi ꝟo potentia illud eſt, planum ꝙ actu aliud quid erit, ſed nō quoduis, non eniʒ quoduis a quouis patiť, ſed contrariū a cōtrario, quatenus enim ſubiecti cōtrario participat nutrimētū. eatenus ab ipſo patiť. deinde inquit ꝙ potētia alicui ſimile, vt actu fiat ſimile, oportet corruptū iri, ⁊ qđ quidē prius actu erat abijcere, hoc ꝟo actu fieri, qđ tunc erat potentia. ſi igitur oportet qđ auget corruptum ei qđ augetur ſimile factum eſſe, non oportet ipſum per ſe corruptū eſſe, generatio eniʒ tale, non augmētatio, ⁊ ſimul per hęc differentiā generationis ⁊ augmētationis nobis tradidit, ꝙ generatio quidē mutatio eſt ipſius materię per ſe, augmētatio ꝟo mutatio materię eius qđ augetur, non ipſius per ſe, ſed in eo qđ augeť tranſmutate. ipſuʒ igiť inquit qđ augetur hoc tranſmutať, in generatione nāqꝫ ipſa per ſe mā ex non ente in ens tranſmutať, in augmentatione ꝟo qđ augeť appoſita materia trāſmutať, cū.ſ. a nāli ipſius potentia paſſa fuerit, ⁊ hoc facta qđ illud eſt. ſimul igiť materia cum ab ipſo paſſa fuerit in ipſum fuit tranſmutata, ⁊ illud ob hoc in maiorē magnitudinē tranſmutatū eſt, nō igiť ſine gñatione neqꝫ augmētatio, ſʒ qm̄ nō per ſe mā trāſmutať, ſʒ in eo facta ei aſſimilať incremētum magis ipſius formę ⁊ augmētatio nō gñatio dī, nō enim non ens fit. ſed ens ad maiorem creſcit magnitudinem.

¶ Quid igiť patiēs ab hoc auctū eſt, aut miſtū, quēadmodū vino ſi q̄s infunderet aquā hic aūt poſſit facere vinū qđ miſtū ē. ⁊ quēadmodū ignis cū tetigerit cōbuſtibile: ita in eo qđ augeť: ⁊ exñte actu carne qđ ineſt augmētatiuū adueniēte potētia carne, fecit actu carnē. igiť ſimul exñte, nāq̄ꝫ ſi ſeorſum, gñatio. eſt.n. ſic facere ignē ad exiſtēs apponentem ligna, ſed ſic quidē augmentatio, cū ꝟo ipſa ligna accenſa fuerint generatio.

¶ Cum dixerit de eo qđ augetur quidnam eſt, ſimiliter Com. autē ⁊ qđ auget, dicit modū quo fit augmentatio. oportet enim inquit miſceri augens ⁊ auctū. miſtum eniʒ augens aucto ⁊ tranſmutatū a naturali potētia eius qđ augetur in ſubſtātiā eius qđ augetur ſic facit augmētationem. ſicut ſi quis in dolium vinū habēs qđ vim habeat tranſmutandi ⁊ aſſimilandi omne infuſum ſibi ipſi, infundat aquam. miſta enim aqua ⁊ trāſmutata a potētia vini in eius ſubſtantiā auxit vini quātitateʒ, ⁊ in maiorem moleʒ tranſmutauit, ⁊ quēadmodum ignis tāgens vſtibile trāſmutauit ipſuʒ in ſui ipſius ſubam, ⁊ ita maius ab illo factuʒ eſt. ſic quippe ⁊ in his q̄ augenť ſe hʒ. ſimul quoqꝫ ꝑ hęc ⁊ cām augmētationis effectiuaʒ aſſignauit nutritiuā. ſ. ⁊ augmētatiuā aię potētiam. manifeſtū aūt eſt ꝙ non, qꝛ quęlibet pars augmētabilis augeť

oportet

oportet ⁊ augens toti miſtum pertranſire, aut enim vacuum erit totum, aut corpus per corpus permeabit, ſed ſufficit ſm aliquam partem facta appoſitione ſm totuʒ augmentationem factam iri. ſicut ⁊ euacuatum vndecūq; corrugatuʒ videmus. ⁊ ſi euacuatis propinqs partibus, non ſimul oibus. vt ⁊ in his in quibus inciditᷣ vena ſe habet. eo ꝙ trahitur ad euacuataʒ partem totius corporis ſanguis. ſic ꝑfecto ⁊ in ys quę augentᷣ appoſitione ſm aliquas partes facta, fit appoſitio omniquaq;. eo qđ aduenit ꝓpellēte id qđ eſt ante ipſum nō permeante ꝑ ipſum. vt in canali ſe habet q coextenditᷣ ampliori aquę. nā in vniuerſo corpore cōſperſa eſt humiditas quędā nutritiua ſubiecti ⁊ nata trāſmutari in ſubſtātiā illius. nutrimēto igiᷣ humido exñte ⁊ miſto ꝑexiſtēti in corpore humiditati, accidit ꝑ analogiā oiquaq; ipſam creſcere. nō penetrāte illa oiquaq; ſed ꝓpellente priorē ſe. ⁊ illa rurſus priorē ſe. ⁊ ſic mā ampliore facta vbiq; ad maiorē tumorē creſcit forma, vnaquęq; enim pars cū ꝓpria figura hʒ eſſe, q̄ vbiq; mā multiplicante creſcit ad maiorē tumorē. vt eniʒ a pn° cū propria figura vnāquāq; partiū nā fecit ſubſiſtere ſic cū hac prouidētiā ⁊ cuſtodiā hʒ ipſaꝝ. ꝙ igiᷣ forma ſm figuraʒ ſm quālibet partē ęqualr̄ nutritᷣ ⁊ augetᷣ. nutritione quideʒ exñte formę ꝑmanſione extēſione aūt ad maius quātū augmētatione ipſa, ita ꝓcedēs ſermo recte ꝺclarauerit. ſed de forma ſubali, vt carnis quatenus carnis ⁊ oſſis, q̊ pacto ſeruatuʒ fuerit nutriri formas has vel augeri: ſi eni q̄cūq; carnis pars eſt formata qđ aūt nutritᷣ ⁊ augetᷣ, corpore nutritᷣ ⁊ augetᷣ, quo pacto ſeruabitᷣ totaʒ ꝑ ſe totā nutriri carnē. ſi eniʒ opʒ ei qđ nutritᷣ apponi nutriens. partes igiᷣ quibus nō eſt appoſitū nō nutrientᷣ: impoſſe eſt aūt cuilibet eē appoſitū. nō igiᷣ quęcūq; ꝑs nutrietᷣ ⁊ augebitᷣ. quo pacto ēt q̄cunq; pars formę carnis augebitᷣ. tota eni vt tota minime. neq; eniʒ cuicūq; parti carnis appoſitio maior facta eſt. vnaquęq; tñ ꝑs mãę facta eſt. in quo aūt nō eſt fcā appoſitio mãę neq; vtiq; mutatio in ſiſe facta eſt. q̄re neq; in maiorē molē extēſio. ni forte aūt oino non eſt dicere nutriri ⁊ augeri talē formā, ſed ſolū ampliorē fieri. ſi eniʒ nutritᷣ ⁊ augetur corpore, quū illud trāſmutatᷣ in illius ſubaʒ, corpus aūt per corpus impoſſe eſt ꝓcedere, aliud itaq; erit qđ fit ſimile ei ⁊ connatuʒ. non tñ qđ ꝑexiſtebat accepit aliquid ab aduenīēte, neq; formā aliquā, neq; magnitudinē. ⁊ ſi vnaquęq; ꝑtiū carnis ex mā ⁊ forma eſt, forma in mā hñte eſſe, manifeſtuʒ ꝑfecto ꝙ mā fluente ipſius carnis commeat ⁊ forma in illa eſſe hñs. non eniʒ ſeparata mā remanet indiuiſibilis forma q̄ in illa ſubſteterat. ſi aūt cōmeat forma cum mā, ⁊ vnaquęq; partium carnis ⁊ reliquoꝝ huiuſcemodi ē. qđ nō permanet ſub nutrimēto nō nutrietᷣ, neq; augebitᷣ. manēti aūt appoſituʒ eſt ꝙ fit. niſi quis ſm qualitatē nutriri dicat carneʒ ⁊ reliqua nutrimēto ipſo appoſitione roris ſm qualitates ⁊ humefaciente ⁊ calefaciente iuxta poſita corpora. ſed hoc pacto nutritio quidē carnis ⁊ reliquoꝝ ſeruata fuerit. augmentatio ꝟo minime. nam id ꝙ qualitate ſola humefacit aut calefacit non facit maius ſm magnitudinē patiēs ab eo. ſed ſolū ſm qualitatē alterat ipʒ. quare in forma ſubali quācūq; parteʒ augeri nō poſſumus dicere. tota eniʒ maior facta eſt. ſed nō vnaquęq; pars, nō eniʒ cuilibet eſt facta appoſitio ⁊ mutatio, magis auteʒ in nulla. ſed appoſitio ſolū ⁊ vnio. ſicut ſi aqua aquę vnita fuerit: nequaq; igiᷣ oēm partē maiorē fieri ⁊ nutriri verum eſt ita dictū vt ipſa ſm ſe quęlibet minima pars nutriatᷣ ⁊ augeatᷣ. ſed quēadmodū nō cuicūq; parti fit additio nutrimēti, ſed ꝓꝑ totius ꝯtinuitatē toti apponi dʒ. ⁊ ita quū totū factū eſt maius, qr totū cōſtat ex oibus partibus merito ⁊ partiū vnaquęq; ſimul cuʒ totalitate extēdi dʒ. quuʒ ſic ⁊ totū nutriatᷣ ⁊ ſui ſeruet ſpeciem ⁊ ideam. ⁊ ſic pars carnis ⁊ reliquorū nutriri dicitur, quum totum ipſum conſeruetur.

¶ Quantum autem vniuerſale quidem non fit, ſicut neq; animal, qđ neq; homo, neq; ſingularium. ſed quēadmodū hic vniuerſale, ⁊ ibi quantum. caro igitur, ⁊ os, vel manus, vel nerui, ⁊ horum ea quę ſunt ſimiliuʒ partium, adueniente quidem aliquo quāto, ſed non carne quanta. Tex.c.40

¶ Quoniā augmētatio eſt generatio quāti dixit autem augmētationē corpore fieri ⁊ non incorporeo, ne quis dicat ꝙ ſi oē qđ fit ex non tali fit oportebat ⁊ quantuʒ ex nō quāto fieri, nunc aūt accidit quantū ex quāto fieri. mā eniʒ eius qđ augetᷣ eſt actu quanta. dicit g̊ ad hoc ꝙ ſi quidē eſſet vl'iuʒ generatio, oportuiſſet vere qđ fit quantū aliquod ex non quāto factū fuiſſe, qm̄ ꝟo neq; quāti vl'is eſt generatio neq; alius alicuius vl'is, nulluʒ eſt incōueniēs qđ fit quātum ex quāto factū eſſe. nā aliquod quātum ex aliquo quāto fit. vt ⁊ aliqđ aial ex aliquo aiali. nullū enim vl'e hʒ eſſe ꝑ ſe, ſed in ſingularib⁹ hñt eſſe. quantū ergo qđ fit eſt aliqđ quātum. vt quanta caro, aut os quantū. nō eſt g̊ mirandū quātā carnem ex ſanguine quāto fieri ⁊ alio aliā, ⁊ ꝙ q̄dē vl'iū nulluʒ generatᷣ, qr neq; ſubſiſtit aliqđ vl'iū per ſe, manifeſtū eſt. Com.99.

¶ Nūc aūt non ob hoc ex nō quanto quantū fit. ⁊ eniʒ quuʒ nec vl'is hō generetᷣ, nec vl'e aial. tñ ex nō hoie fit hō ⁊ ex nō aiali aial. ſemē eniʒ nō eſt aial nec hō. nec ēt ex aliquo nō hoie aliquo aūt hoie, ſed ſimpl'r ex nō homine ⁊ ſimpl'r ex nō aiali. non ſic autem ⁊ in quanto ſe hʒ. nō eniʒ ex ſimpl'r nō quāto quantū fit. ſed ex aliquo quāto quantū aliqđ. quare hʒ dr̄iā ad reliqua. nā ſemen quū nō ſit aial, fit aial. ⁊ quū nō ſit hō, fit hō. nō tñ quū non ſit quantū aliqđ fit quantū. ſed quuʒ ſit oino aliqđ quantū fit aliud quantū. huius autē cā eſt ꝙ aial vt aial nō eſt imutabile, neq; aliqđ aliorum huiuſcemodi. ſed quantū vt quantū immutabile eſt. qm̄ ⁊ corpus vt corpus immutabile eſt. neq; enim vt corpus mutatᷣ, ſed vt aer, aut ignis, aut aliquid taliū. huius autem rurſus cauſa eſt, ꝙ vt mā ꝓpinqua ſubſtrata eſt formis ipſis omnibus corpus trifariā dimenſuʒ ꝓꝑ qđ dixit caro quanta fit, ⁊ os quantū. non ſimpl'r aūt quantū, ſed fit quāta caro, quanto aliquo adueniente qđ eſt po^a caro. non tñ quanta carne. non enim ab extrinſeco caro fit, deinde apponitur, ſed prius appoſitum ita fit caro.

¶ Quatenus aūt potētia cōpoſitū ex vtroq; vt quanta caro, ſic quidē auget: etenim quātaʒ oportet genitā eſſe ⁊ carnē. quatenus autem ſolū caro, nutrit. hac enim differunt nutrimentū ⁊ augmentatio ratione. quapꝓꝑ nutritur quidē, quouſq; ſaluum fuerit ⁊ qđ diminuitur, augetur aūt non ſemper. ⁊ nutrimentū augmentationi idē quidē. eſſe auteʒ, aliud. quatenus eniʒ eſt adueniens potentia quanta caro. eatenus quidē augmentatiuuʒ eſt carnis: quatenus aūt ſolū potentia caro, Tex.c.41

nutrimẽtũ. hęc aũt forma ipſa ſine materia, vt immãlis potentia quędã in materia eſt. ſi ꝟo aliqua aduenerit materia, exiſtẽs potentia immaterialis, habens ⁊ quantum potentia hę erunt immateriales maiores.

Com̃.100. ¶ Cum dixit qũo fit augmẽtatio, ⁊ qd eſt qđ augetur, ⁊ quo augeẽ nunc vult tradere dr̃iã nutritionis ⁊ augmẽtationis, ⁊ cur nutrimur ſemꝑ quoad vixerimus ⁊ minuimur augemur aũt non ſemꝑ. dicit igiẽ ꝙ adueniens nutrimentũ ſiue panis ſit, ſiue caro, ſiue aliud qđlibet, eſt qdẽ potẽtia id cui aduenit, vt. ꝟ. g. caro. hꝫ aũt ⁊ quãtũ qđdam. eſt igiẽ ⁊ poᵃ caro ⁊ potentia quãta caro. quũ igitur ſit ambo poᵃ quũ quidẽ permutata fuerit ad actũ ſi quatenᵒ caro oꝑabiẽ tunc nutriet ſolũ. nõ aũt augmẽtabit. eſt enim nutrimentũ formę cuſtodia. augmẽtatio aũt huius extẽſio ad maiorẽ magnitudinẽ. quare nutritio ⁊ auctio ſubiecto quidẽ ſunt idẽ. quũ ſint vnũ ſubiecto nutriens ⁊ augens, ſed eſt rõne diuerſum. aliud eſt enim ei eſſe poᵃ carnẽ aut os. ⁊ aliud tantum eſſe, nutritionẽ aũt ⁊ augmentationẽ dicit ⁊ nutritiuũ ⁊ augmẽtatiuũ, ħ igiẽ cũ ſit ſubto vnũ vtraſqꝫ hꝫ facultates, ⁊ cũ ſm vtraſqꝫ oꝑatus fuerit, ⁊ nutrit, ⁊ auget, cũ ꝟo ſm alterã, nutrit ſolũ nõ ãt auget, quaꝑꝑ nutriẽ quidẽ quoad fuerit, ⁊ qñ diminuaẽ, augeẽ aũt nõ ſemꝑ, qꝛ tunc vt potẽtia caro oꝑaẽ nutrimentũ, vt ꝟo quãta minime, quũ eniꝫ plus fuerit qđ defluit q̃ꝫ qđ ingrediẽ, non amplius ſm quãtũ oꝑaẽ, nõ dicit aũt ꝙ nõ addat ſemꝑ ſm quãtum aliqd nutrimentũ ei qđ nutritur ſm formaꝫ, ſed ħ inquit non oꝑari ſm quantũ, fit eo ꝙ nõ poſſit toti magnitudini additionẽ aliquã feciſſe, pluri exiſtẽte defluxu, vel ẽt ęquali, cum enim ęquale fuerit qđ defluit cuꝫ eo qđ ingrediẽ, nutrimentũ quidẽ fit, auctio ꝟo ⁊ minutio nõ fiunt, quũ aũt plus ingredieẽ q̃ꝫ exeat nutrimẽtũ ⁊ auctio, quũ ꝟo minus nutrimẽtũ ⁊ diminutio, eteniꝫ minori facto quãto ſeruaẽ forma, qm̃ carnis forma nõ eſt in tanto, ſed in tali eſſe, vna igiẽ cũ ſit ſubiecto caro hꝫ ⁊ aliquã formã, hꝫ ẽt quantũ. eſt enim potẽtia caro, quatenus igiẽ potẽtia caro eſt eatenus nutrit, quatenus ꝟo quanta, eatenus auget. non dicit hoc ꝙ potentia ſit quãtitatẽ hñs, ſed ꝙ eſt totũ hoc. potentia quanta caro. hęc aũt ſpecies ſine mã, quare veluti vis quędã immaterialis in mã eſt, qm̃ nutrimentũ quũ nutrit ſolum, nõ aũt auget, ſm ſolã formã oꝑari dicebat. nõ aũt ſꝫ quãtitatẽ in qua hꝫ ⁊ eſſe, magnitudo eniꝫ ſubſterniẽ vt mã formis, ne aũt ſuſpiceris ꝙ vere ſeꝑatuꝫ a mã ita oꝑeẽ qđ qdẽ eſt impoſſe. hoc ipſuꝫ diſtinguit. ꝙ ꝓpria rõne imãlis exiſtens potẽtia in mã hꝫ eſſe. cum mã igiẽ exiſtens non oꝑaẽ ſm mãm quũ nutrit ⁊ non auget. aut vt Alexãder dicit. dictuꝫ hoc. hęc aũt ſpẽs ſine mã ęquale eſt illi. nutrimentũ quũ nutrit ⁊ non auget ſeruat formã abſqꝫ appoſitiõe mãli. [ſi aũt aliqua adueniat mã] hic ſuppũctuandũ eſt. vult aũt ⁊ per hęc declarare quo pacto adueniens auget. dicit g̊ ꝙ ſi mã aliqua adueniat, ħ eſt nutrimẽtum aliqđ poᵃ imãle exiſtens, hoc eſt potẽtia hñs carnis formã / aut oſſis / aut ſimplr̃ eius qđ nutritur, hñs aũt ⁊ quantũ poᵃ, hoc eſt poᵃᵐ apponẽdi aliqd ſm quantuꝫ ei qđ nutriẽ, tunc quibus aduenit talis mã maiores imãles erunt, hoc eſt augebunẽ ſm formaꝫ, ⁊ ad maiorẽ creſcẽt magnitudinẽ. qđ eſt ⁊ nutriunẽ ſimul ⁊ augenẽ. nã vt diceret ꝙ erũt maiores ſm formaꝫ. hoc eniꝫ eſt qđ augeẽ dixit ꝙ erunt maiores imãles. poᵃ auteꝫ quantũ dixit, hoc eſt tantũ ⁊ augmentatiuũ potẽtia, omnino eniꝫ adueniens nutrimentum quantuꝫ eſt actu vt demonſtrauit, ſed non eſt omnino tantum, vt vim augendi habeat.

¶ Si ꝟo non amplius facere poſſit, ſed veluti aqua vino ſemꝑ pluris miſta, tandẽ aquoſum facit, ⁊ aquam, tunc diminutioneꝫ facit quanti, forma ꝟo manet. Tex.c.4

¶ Quum dixit quid ſit augmentatio dicit etiã quid eſt diminutio. dicit ergo ꝙ quum ingrediens nutrimentuꝫ ſuperauerit ⁊ circũuenerit augmẽtatiuam potentiã, hęc ꝟo fuerit diminuta deuicta ab adueniente materia, vt in non digerentibus, tunc erit diminutio quanti. eo ꝙ materia quidẽ natura fluit, adueniens autem nutrimentum non apponitur ęquale defluenti ob imbecillitateꝫ potentię, quum nutrimentũ ſit factum fortius q̃ꝫ vt poſſit pati, quantum eſt opus a potentia alteratiua ⁊ aſſimilatiua ſubiectis. ideo nutritio quideꝫ fit. permanet eniꝫ forma. ſed eo ꝙ ſit plus qđ defluit eo qđ apponitur accidit ⁊ minutionem factam eſſe. manifeſto auteꝫ exemplo vſus eſt ipſius aquę infuſę in vinum, ⁊ a principio quidem patientis magis a vino q̃ꝫ agentis in ipſum. tãdem ꝟo cum multiplicata eſt aqua debilitata ipſa vini potentia, ⁊ potius ab aqua patiente q̃ꝫ agente in ipſam. non eſt autem in omnibus conueniens exẽplum. nam per potentię diminutionem erit cõueniens diminutioni. diminuta enim ⁊ ibi nutritiua potentia, ⁊ minus apponente eo qđ defluit, fit diminutio. quatenus ꝟo infuſa aqua vino fit amplius quantuꝫ, ſm hoc non eſt conueniens exemplum de diminutione. nam ibi cum potẽtia etiam quantum diminuitur. ſolius ergo debilitatis potẽtię eſt exemplum. laborat autẽ continua operatione. eſt enim cuꝫ corpore operatio potentię in quo ⁊ eſſe habet. laborans autẽ non poteſt amplius appoſitiones facere ei qđ nutritur ſm quãtitatem, quũ parua fiat alteratio, ſed nutrit ſolum. ampliori ergo facto defluxu fit minutio eius ⁊ maxime eius in quo primo eſt potentia hęc. ſ. calidi humidi, qđ enim eſt primo particeps augmẽtationis in extenſione, quia habet in ſeipſo nutriẽs, etiaꝫ particeps eſt debilitatis eius primo, ⁊ vincitur diminutum propter minorem nutrimenti appoſitionem a contrarijs potentijs frigida ⁊ ſicca, quarum victoria fit ſenium.

¶ Quoniam autem primum oportet de materia, ⁊ vocatis elementis dicere, ⁊ ſi ſunt, ⁊ ſi non, ⁊ vtruꝫ ſempiternuꝫ vnũquodqꝫ, aut ſit quodãmodo, ⁊ ſi ſit, vtrum ex ſe inuiceꝫ fiant omnia eodem modo, aut primum vnuꝫ ipſorum eſt, neceſſe itaqꝫ prius dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc. omnes enim ⁊ qui elementa generant, ⁊ qui ea quę ex elementis, diſgregatione vtuntur ⁊ congregatione, ⁊ ipſo agere ⁊ pati. eſt autẽ congregatio miſtio. Tex.c.

¶ Poſtq̃ꝫ cõfutauit falſas antiquorũ de gñone opiniones, ⁊ dixit vlr̃ de gñone ⁊ diſtinxit ipſaꝫ ab alteratiõe ⁊ mutatione ſm locũ, ⁊ dixit qd eſt augmentatio, ⁊ qd qđ augetur, ⁊ quo augetur, ⁊ quis modus quo augentur quę augentur, deinceps ab hoc loco ꝯñs erat dicere de gñone eoꝝ q̃ ſingulariter generanẽ, vt de his q̃ in ſublimi fiunt, ⁊ de plantis ⁊ aialibus ⁊ metallis. ſed qꝛ diſputaturum Com̃.1

taturũ de gñone ſingulariũ opꝫ ꝑus de proxima cuiqꝫ gñoni mã pertractare, vt q̃ naꝫ ſit ſublimibus ſubiecta mã, quę nam metallis, ⁊ reliquis ſilr, nã queadmodum ſermonẽ de nãlibus oibus, ꝑcedit ſermo d̄ mã ſimplr. quę oibus cõiter nãlibus ſubijcit, de qua in libro phyſicoꝝ edocuit, ita ⁊ particularium gñonẽ, ⁊ ſubiectã ſingulis ipſoꝝ mãm ꝑcedere opꝫ ſermonẽ de mã vli eoꝝ q̃ ſimplr generant. hęc ꝟo ſunt ipſa elementa. erat igit neceũ ꝑaſſumere ſermonẽ de elementis. niſi eniꝫ qs cognouerit q̃ nã ⁊ quot ⁊ qualia ſint ipſa elemẽta, nunquã poterit propriã cuiuſqꝫ mãm inueniſſe. cõiter enim hęc poſt primã mãm oibus ſubijciunt. ⁊ ſunt mã corporea cõiter oium q̃ generant. ꝑꝑ hoc primũ de ipſis ꝓponit ſermonẽ, an ſint elementa eoꝝ quę generãtur quatuor hęc vulgatiſſima, necne, ⁊ an ſint gñabilia hęc, aut ingenerabilia ⁊ imutabilia. vt viſum eſt Empedocli. ⁊ ſi generabilia, an ex ſe mutuo aut ex altero quodã. ⁊ ſi ex ſe mutuo an ſilr oia in oia tranſmutant, aut eſt aliqđ ipſorũ primũ ex quo cętera trãſmutant, vt mã cęteris ſubiectũ. vt vi Thaleti quidẽ aqua, aer ꝟo Anaximeni, Heraclito aũt ignis. quęret ẽt an quatuor ſint numero, vel plura. ⁊ oſtẽdet ꝙ ſint quatuor tñ. ⁊ ois in his terminabit ꝓpoſitus tractatus. ⁊ ita deinceps in ſequẽtibus tractatibus de his q̃ particulariter fiunt faciet ſermones. in opere qdẽ meteoroꝝ de his q̃ in ſublimibus. in opere ꝟo de aialibus de gñone aialiũ. ⁊ de reliquis ſilr. iaꝫ ẽt in negocio de cęlo inquiſiuit de elñtis ⁊ demonſtrauit, ꝙ ordine primus eſt de elemẽtis ſermo, ⁊ ꝑterea ꝙ nec ingenerabilia ſunt nec incorruptibilia, ⁊ ꝙ non ex alio quodã ſubito fiũt, nec ſunt infinita ſꝫ finita. quot tñ ſint aut quo pacto ex ſe mutuo fiunt in illis ſupſedit, diſtulitqꝫ in hoc loco dicere de his. eſt igit ꝓpoſitũ oſtẽdere de elñtis qualia ⁊ quot numero ⁊ ꝙ ex ſe mutuo eſt eis gñatio. ⁊ quis eſt modus gñationis eorũꝫ ex ſe mutuo. cũ ꝟo quędã ſint q̃ ſermonẽ de elemẽtis ꝑcedunt, qbus nõ dearticulatis impoſſe eſt, facile procedere ſermoneꝫ de elemẽtis. de illis ꝓponit primũ dicere. ſunt autẽ tria hęc qd ẽ miſtio. qd agere ⁊ pati. qd tactus. ꝙ ꝟo neceſſarius ſit de his ſermo, diſputaturo de elñtis, ⁊ ex ipſis antiqs aſtruit. oẽs eniꝫ qui ⁊ vnũ ⁊ plura elemẽta dñt, vtunt agere ipſo ⁊ pati. ⁊ ꝯgregatione ⁊ diſgregatione. nã ⁊ q dicũt vnũ elementũ ⁊ huiꝰ ꝯgregatione ſegregationeqꝫ cętera dñt fieri, ipſo agere ⁊ pati vtunt, nam ſegregari ⁊ ꝯgregari pati qđdã eſt. ſi aũt eſt patiens neceſſe eſt oino ⁊ agẽs ẽt. ſilr ⁊ plura ⁊ q mutabilia ⁊ qui immutabilia ipſa dicunt, ⁊ eos qdẽ q mutabilia dñt maniſeſtiſſimũ eſt vti ipſo agere ⁊ pati. agẽtia eniꝫ inter ſe ⁊ a ſe mutuo patiẽtia, ſic mutationẽ mutuã faciũt. Empedocles quoqꝫ imutabilia dicens, vtit agere ipſo ⁊ pati. nam ⁊ ſi ſm mutationẽ ſubę non patiant, ſaltẽ cõgregationẽ diſgregationẽqꝫ ſuſtinent, faciente hęc ipſa lite ⁊ amicitia. quare neceſſarius eſt de elemẽtis diſputaturo de agere ⁊ pati ſermo. quõ eniꝫ oino ſciemus an impaſſibilia ſint necne, hoc ipm ignorãtes qd ſit agere ⁊ pati. ſꝫ ſi de agere ⁊ pati neceſſe eſt dicere, manifeſtuꝫ inquit eſt, ꝙ neceſſe eſt de miſtione diſputaſſe. nã agentia ⁊ patiẽtia neceſſe prius eſt adinuicẽ miſceri. neqꝫ enim cum corpora ſint ⁊ abinuicẽ diſtẽt, vnqꝫ inter ſe egerint aut paſſa fuerint. ⁊ ꝙ neceſſe eſt his qui dñt congregatione ⁊ ſegregatione generationẽ fieri, miſtionẽ aſſumere. nã cõgregatio eſt miſtio. ſi ergo de miſtione opꝫ pertractare, ꝓculdubio ⁊ de tactu tractandũ eſt. quę eniꝫ mutuo miſcent opꝫ ſe prius mutuo tãgere. quo pacto enim miſta fuerint quę non ſe tetigerint: quapꝑ ad ſermonẽ de elñtis neceſſarius eſt ſermo de agere ⁊ pati ⁊ ad hũc ſermo de miſtione. opꝫ enim agẽtia ⁊ patientia adinuicem miſta iri. ⁊ ad hũc ſermo de tactu quõ eni miſta fuerint q̃ nõ ſe tetigerint. quare neceſſariꝰ eſt de tactu de miſtione, de agere ⁊ pati ſermo. pręterea quoqꝫ inquit neceſſario determinaturus ſermoneꝫ de his, qm̃ vſi his nãles phi q nos ꝑceſſere, nullũ ſermonẽ de eis fecerũt, qd nã ſingulũ ipſoꝝ ſignificet. ſed ipſa ita indeterminate ꝑmiſcent. de his g̊ primũ ſermonẽ facit ⁊ p̊ de tactu. Qm̃ autẽ dixit de mã, ne putemus de pª mã incorporea ipſum dicere, d̄ qua iaꝫ diſputauit in phyſicis, ob hoc addidit ⁊ his q̃ vocant elñta, ac ſi diceret de mã quę eſt, ipſa q̃ vocant elñta, dixit auteꝫ forte ob hoc quę vocant, qm̃ nõdũ demrauit ꝙ hęc ſunt elñta. hoc aũt ſiue ſint dixit pro eo qđ eſt ſi ſunt elñta eoꝝ quę fiunt, nõ eniꝫ ſimplr ſi ſunt, nã hoc eſt manifeſtũ, ſꝫ ſi ſunt elñta eoꝝ quę generãtur. verbũ aũt illud aliquo mõ in dicto [fiunt aliq̊ modo] addidit pro eo qđ eſt ſm aliquẽ modũ. nõ enim ſm ſe tota gñant, ſed ſm partes, in illo ꝟo neceſſe eſt ꝑus dicere de qbus indeterminate eſt redditio illius cõiunctionis [qm̃] qm̃ enim opꝫ primũ de mã ⁊ his q̃ vocant elñta dicere neceſſe eſt prius dicere de his q̃ nunc indeterminate dñr, dicit aũt de tactu/⁊ miſtione/⁊ agere/⁊ pati. veluti cõferẽtibꝰ ipſi ad doctrinaꝫ de elñtis, q̃ tñ nõduꝫ aſſecuta ſunt determinationeꝫ nec dearticulationẽ a ꝓgenitis. per hęc aũt ſtatuit firmatqꝫ ꝙ neceſſarius ſit de ꝑdictis ſermo. ſi quidẽ oẽs quicũqꝫ de generatione ꝑtractarũt, ꝯgregatione ⁊ ſegregatione ipſo agere ⁊ pati, res ipſas fieri dñt. ⁋ Sed eſt dignũ dubitatione quo pacto dixit oẽs cõgregatione ⁊ ſegregatione vti ⁊ agere ⁊ pati, ꝙ enim cõgregatione ⁊ ſegregatione omnes vſi ſint, manifeſtum eſt. nõ omnes tñ agere ⁊ pati vtũtur. ſed illi ſoli qui per cõuerſionẽ ſubiecti res generant. qm̃ qui immutabilia putãt elñta, non vtunt agere ⁊ pati, ſed ſolũ cõgregatione ⁊ ſegregatione. aut igitur. hos quidem vti cõgregatione ⁊ ſegregatione, illos ꝟo agere ⁊ pati, ⁊ ita ꝑ ſynecdochen figurã oẽs vtriſqꝫ vti dicit, ſꝫ diſtincte, aliqui enim ea ſola quę ſunt ex elñtis generant cõgregatione ⁊ ſegregatione vtebãtur, hi ꝟo erãt Empedoclei, Democritici, ⁊ Anaxagorici. impaſſibilia enim eoꝝ vnuſquiſqꝫ ꝑncipia ſuppoſuit. aliqui ꝟo etiã elñta generãt/agere ⁊ pati. hi ꝟo erant q vnum ſupponebãt, ex quo cętera generabãt. hoc ꝟo vnuꝫ putabant quatuor aliqđ eſſe, aut aliqd pręter hęc, aut igit ſic dicit, aut omnes ⁊ ꝯgregatione ⁊ ſegregatione vti dicit. ꝙ enim hoc, dixit, declarauit ex his quę ſubiunxit. etenim qui plura inquit elementa faciunt, ipſo agere ⁊ pati abinuicẽ generãt. ⁊ his q ex vno neceſſe eſt dicere actionẽ. hic igit agere ⁊ pati nõ per cõuerſionẽ ⁊ mutationẽ ſubiecti accipiemus, ſed ſimplr ſm agere hoc eſt oꝑari ipſaꝫ actiuã aut motiuã cãm. opꝫ. n. in vnoquoqꝫ cãꝫ aliquã eẽ ꝯgregationis ⁊ ſegregationis, ⁊ Empedocli qdẽ litẽ ⁊ amicitiã. hãc qdeꝫ ꝯgregationis illã ꝟo ſegregationis cãꝫ. cõgregare aũt ⁊ ſegregare facere aliqd eſt. quare ⁊ pati ipm ꝯgregari ſegregariqꝫ. Anaxagore ꝟo effectiua cã ꝯgregationis ⁊ ſegregatiõis eſt intellꝰ. ſm Democrituꝫ quoqꝫ effectiuę cãę fuerint rhyſmus, cõuerſio, tactus. remotiores ꝟo ⁊ fortuna ⁊ caſus.

⁋ Quomodo aũt miſceri dicimus, nõ determinatum eſt manifeſte, at ꝟo neqꝫ alterari poſſibile, neqꝫ diſgregari ⁊ cõgregari nullo agente, neqꝫ patiente. etenim qui plura elementa faciunt generant ipſo agere ⁊ pati ad ſe inuicẽ, ⁊ ĩs ex vno neceſſe eſt dicere actio

nem, ⁊ hoc recte dicit Diogenes, ꝙ niſi eſſent ex vno omnia, non vtiq̧ eſſet agere ⁊ pati ad inuicem: vt calidum infrigidari, ⁊ hoc caleſieri rurſus: non eniʒ caliditas trāſmutatur ⁊ frigiditas ad ſe inuicem. ſed manifeſtum ꝙ ipſum ſubiectum. quare in quibus eſt ⁊ agere ⁊ pati neceſſe horum vnam eſſe ſubiectaʒ naturā, omnia igitur talia eſſe dicere non verū, ſed in quibuſcūq̧ id quod ad ſe inuicem eſt.

Coñ.103. ¶ Vtruʒ inquit diuiſis elemētis ad minima ⁊ adinuicē appoſitis ⁊ paruitate ſenſum latentibus. ſicut ſi ex triticis ⁊ ordeis tenues farinas miſcuerimus. videbit̄ enim vna aliqua ſpēs totū eſſe ex paruitate decepto ſenſu. aut in ſingula particula oībus exiſtētibus ⁊ ꝓgrediētibus, totis per tota his quę miſcentur ad inuiceʒ. ⁊ vtrum in mixtione corrūpunt̄ elementorū formę, aut ſeruant̄, ⁊ ſi ſeruantur, vtrum oēs aut aliquę. at vero nec alterari inquit poſſibile eſt. neq̧ diſgregari ⁊ cōgregari nullo agēte aut patiēte. nam non exiſtente alterante, neqʒ ipſum alteratū fuerit. alterari aūt quo pacto poſſibile eſt, non patiente aliquid alterato ab alterante? [ſed ⁊ his qui ex vno generant inquit neceſſe eſt vti ipſo agere ⁊ pati.] ſi eniʒ per alterationē vnius gn̄onē alioꝝ faciebant ipſo dēſato ⁊ rarefacto, ꝓculdubio ipſo agere ⁊ pati vſi ſūt. nā in alteratione agit gdeʒ ip̄m alterās patit̄ vero qḋ altera̅t. ꝙ aūt nec̄iū ſit ſupponētibus vnum elm̄tū dicere agere ⁊ pati, teſte vtit̄ Diogene Apolloniate recte dicēte. ꝙ ſi nullū eſſet ſubʒ oībus nō eſſet agere ⁊ pati a ſe inuicē veluti hoc nec̄io ſequēte, ad ea q̄ agunt adinuicē ⁊ patiunt̄, vnū hr̄e ſubiectū ꝙ enim nō exiſtēte aliquo vno ſubiecto impoſ̄e ſit ab inuicē pati ⁊ agere demonſtrat. qm̄ Diogenes dicebat nō caliditatē eſſe q̄ in frigiditatē mutet̄ / aut eꝫ. Impoſ̄e eſt eniʒ ꝯriū fieri id qḋ ꝯriū ip̄o. ſed ſubm̄ cōe exiſtens ꝯrijs, ⁊ patiēs ab aliquo agēte trāſmutantur in vtrūq̧. quatenus ip̄m agēs agit. hęc ēt Plato inquit in Phędone. cū enim dixit prius ꝙ ex ſe inuicē fiunt ꝯria albū ex nigro ⁊ nigruʒ ex albo. ⁊ viuū ex mortuo ⁊ ecōuerſo, poſtea dixit ꝙ nunq̧ poſ̄e eſt ꝯriū in ꝯriū tranſmutari. nā nec albedo vnq̧ potuerit fieri nigredo. nec frigus calor. in his igit̄ dubitante aliquo qūo nō ꝯria ſibiipſi ſocrates enūtiauit, dixit, ꝙ ſupius gdē ex ſe mutuo fieri ꝯria dixit, nō ipſa participata ipſas. ſ. ꝯrietates. ſʒ his ꝑticipātia. nā albū corpus ex nigro corꝑe fit. nūc auteʒ inquit dixi participata nō fieri ex ſe mutuo, ſed magis cōgruū ⁊ ꝓpriū fuerit poſt ſe inuicē ipſa vocare. nā poſt albedinē fit nigredo. ipſa quidē qualitate corrupta, ſubiecto vero manēte. Ariſto. tn̄ ingt ꝙ dicere oīa entia eiuſmodi eſſe vt vnā ⁊ eādeʒ habeāt mām ſubiectā non veruʒ eſt. aut ſic dicere ꝙ in oībus agentibus ⁊ patientib⁹ vna eſt mā nō eſt veruʒ. nā circulo latū corpus agit quidē ip̄ʒ ⁊ aliqd patiuntur oīa q̄ ſub luna ſunt ab ipſo, non tn̄ ex vna ⁊ eadē materia ſunt agēs ⁊ patiens. ſed opʒ ingt ſic dicere, ꝙ eadeʒ ſunt q̄ cōeʒ māʒ hn̄t q̄ repatiūtur abinuicē, qꝛ vna ſubſtrata eſt illis mā q̄ ꝯrioꝝ eſt receptiua. ꝓꝑ hoc igit̄ cęleſtia agētia in hęc inferiora non repatiunt̄ ab eis, quia non vna eſt illis ſubiecta materia.

¶ At vero ſi de ipſo agere ⁊ pati ⁊ de miſtione conſiderandum. neceſſe ⁊ de tactu. neqʒ enim agere hec ⁊ pati proprie poſſunt, quę ad ſe inuicē tangere nō poſſunt. neq̧ non tāgentia aliquo modo, cōtingit miſta eſſe primo. quare de tribus his determinādū. quid tactus, ⁊ quid miſtio, ⁊ qd actio. principiuʒ autē hoc aſſumamus. Neceſſe enim eorum quę ſunt in quibuſcunq̧ eſt miſtio eſſe hęc ad ſe inuicē tactiua, ⁊ ſi etiaʒ aliquid egerit, hoc vero paſſum fuerit proprie, ⁊ in ijs ſimiliter. quapropter primo dicenduʒ de tactu.

¶ Fere igitur quēadmodū ⁊ in alijs nominibus vnūqḋq̧ dicitur multipliciter, ⁊ hęc quideʒ ęquiuoce, illa vero altera ab alteris ⁊ prioribus, ſic ſe habet ⁊ de tactu. Tex.c.44.

¶ Cū demr̄auit nec̄iū eſſe de agere ⁊ pati ſermonē ⁊ de miſtione. ex his oñdit ⁊ eū q de tactu nec̄iū eē. ipoſ̄e eſt igit̄ ingt ꝓpa agētia ⁊ patiētia nō ſe mutuo tāgere. tāgēs eni actiuū ip̄ʒ paſſiuū, aut ſine medio. vt ignis ligna. aut cū medio vt ignis aquā ꝑ lebetē mediū, ſic alterat ip̄m. addidit aūt ꝓp̄e qꝛ dicimur pati ex cōuitijs. ſʒ nō ꝓprie dr̄ agere cōuitiū, qm̄ neqʒ tāgit. ſiqdē agere eſt, h̄ʒ q̄litatē trāſmutare nālia corꝑa. ſi aūt dicat̄ tāgere cōuitiatuʒ ip̄ʒ cōuitiū nō tn̄ ꝓp̄e. ſiqdē tāgere dn̄r ſe quoꝝ vlt̄a ſūt ſimul. vt igit̄ tāgere dr̄ nos ꝯuitiū ita ⁊ nos pati ab eo ⁊ agere illud in nos ſʒ nō ꝓp̄e neutrū vt in ſequētibus cognoſcem⁹. trāſitiua vero ē verboꝝ ꝯſtructio. cōſecutio vero huiuſcemodi ē. neqʒ nō tāgētia aliq̊ mō p̄ᵐ cōtingit miſta iri. Addidit aūt aliquo mō vt ſignaret q̄ ſe ꝓprie tāgūt. qm̄ ⁊ ꝯuitiū tāgere dr̄ ſʒ nō ꝓp̄e. Ad inuētionē aūt huius ꝙ q̄tuor elm̄ta ſunt mā eoꝝ q̄ gn̄ant̄ ⁊ corrūpūt̄, demr̄auit gdē ⁊ p̄us nec̄iū eē ſermonē de tactu ⁊ miſtione ⁊ agere ⁊ pati, de qb⁹ p̊ vult diſſerere ⁊ ex his p̊ de tactu. ⁊ iam gdē demr̄auit eū q de tactu ſermonē de alijs duob⁹ p̄cedere. nūc quoqʒ rurſuʒ idē reſumit, an̄ ſermonē de tactu, entiū ſiqdē ingt q̄cūqʒ miſceri nata ſunt. neceſſe ē hęc p̄us ſe mutuo tāgere. nō eniʒ miſta vnq̧ fuerint q̄ nullo mō ſe tetigerint, ſʒ fuerint ſeꝑata. p̄cedit igitur mixtiōis ſermonē ſermo de tactu. ſʒ ⁊ de agere ⁊ pati, nā ſi aliqḋ entiū natū eſt, h̄ gdeʒ agere alteꝝ vero pati ꝓp̄e hęc neceſſe eſt p̄us ſe mutuo tāgere. ⁊ h̄ abūde i p̄cedētib⁹ oñſuʒ eſt. dixit aūt ꝓp̄e ꝓꝑ conuitiū. h̄. n. agere gdē dr̄ in ipſaʒ aiaʒ, ſed aiam nō tāgit. neqʒ. n. ꝓp̄e agit, qm̄ ⁊ tāgere dr̄ nō ꝓp̄e. vt igit̄ dr̄ agere ita ⁊ tāgere. eadē dixeris, ⁊ in imagine ⁊ tripudio ⁊ ſimpl̄r appetibili. neqʒ. n. hęc ꝓprie agūt. vt autē agūt ita ⁊ tāgūt p̄us. p̄us eni tāgit imaginatiuā ⁊ i ipſaʒ imp̄mit. deiñ ⁊ trāſmutat alteratā. ⁊ ipoſ̄e eſt pati ab appetibili eū q nō p̄us tact⁹ fuerit, eo ꝙ prius imp̄ſſa fuerit eius imaginatiua. nec̄io igit̄ p̄ᵐ de tactu ꝓponit ſermonē, ſicut aūt ingt multa ⁊ alioꝝ noiuʒ multipl̄r dn̄r. ⁊ eoꝝ q̄ multipl̄r dn̄r, alia gdē equoce dn̄r vt Aiax Thelamoni⁹ ⁊ Oileus Aiax. ⁊ canis terreſtris ⁊ marinus q̄ ⁊ ęq̄l̄r ꝑticipāt noie. alia vero ab vno ⁊ ad vnū, quoꝝ ⁊ vnū dr̄ p̄ncipali⁹, alia vero min⁹ p̄ncipal̄r. vt i ente, p̄us gdē ⁊ p̄ncipali⁹ ſub̄a ē ens. ſcđario vero ⁊ tertio alia p̄dicamēta. ſil̄r ꝓp̄e gdē, aial hō eſt q verus eſt. pictū vero a vero aial vocatū nō ꝓp̄e aial vocat̄, ſil̄r ⁊ muſica ſcia ⁊ ab ip̄a muſica mulier. aut muſica cithara. p̊ ⁊ p̄ncipaliſſime de ſcia muſicę nomē p̄dicat̄. ſic ⁊ tact⁹ eſt eoꝝ q̄ multipl̄r dn̄r. vt ea q̄ ab vno ⁊ ad vnū. ⁊ gdā dr̄ tactus p̄ncipaliſſime. gdā vero min⁹ p̄nr̄ ab illo. qs ſit igit̄ ꝓp̄e tact⁹ ⁊ q̄ ſe ꝓp̄e tāgētia dicit. ꝙ h̄ ſunt q̄ ⁊ poſitionē hn̄t. h̄ ē q̄ alicubi ſita ſūt. ſʒ ⁊ mathe⁹ Coñ.104

de numero

de numero poſitionē hñtiū ſunt.quare ⁊ hęc ſe mutuo tāgent.dicimus enim lineā tangere lineā aut ſuperficiē, aut circulū, aut aliqd aliō:ſꝫ ⁊ mathematicū coꝛpus terminos habens,tāget mathematicū coꝛpus aut lineā. ſꝫ ⁊ ſi dicātur ſe tangere mathematica coꝛpoꝛa nō tñ pꝛopꝛie,ſꝫ eo modo quo ⁊ hñt eē.habent aūt in intellu, ſic ergo ⁊ poſitionem habēt,⁊ tāgunt ſe mutuo, ⁊ hoc ineſt eis.ꝓpterea quę ꝓpꝛie hñt poſitionē ⁊ ſe tāgunt.dico.ſ. nālia coꝛpoꝛa ex quoꝝ abſtractione habent eſſe mathematica.qūo aūt ꝙ habēt poſitionē hęc ⁊ tangant ſe mutuo,ꝓbat ⁊ aſtruit ex diffinitiōe eoꝝ quę ſe tangūt, quā tradidit in 5° phyſicę auſcultationis. ibi eni dixit qd ſit tangere,ꝙ hęc vtiqꝫ ſe tāgere dicātur,quę cū ſeparatas habeant magnitudines hoc eſt nō vnitas, ſꝫ a pꝛopꝛia ſuꝑficie circūſcriptas,⁊ poſitionē pꝛopꝛiā habentes,ſimul habēt ipſa vltima:neqꝫ eni oino vltima habent, illa ꝙ ſeparata nō ſunt,ſꝫ cōnata.hęc aūt ⁊ poſitionēꝫ habēt.idem aūt hoc eſt qō ⁊ in loco eſſe. loci aūt duę ſunt ꝓpꝛię differentię,ſurſum ⁊ deoꝛſum. ſurſum aūt ⁊ deoꝛſum ſunt quęcūqꝫ grauitatem aut leuitatem habent.hęc ꝟo agere ⁊ pati a ſe mutuo nata ſunt. colligitur igiť ex his ꝙ hęc ſe mutuo tāgunt ꝙcunqꝫ ⁊ adinuicē agunt ⁊ patiūtur.hęc ꝟo ſunt ꝙ ſe pꝛopꝛie tangunt,ꝙcunqꝫ adinuicem nata ſunt agere ⁊ pati.quę ꝟo cōtra ſermonē dubitāda ſunt literam ꝑcurrētes dicemus. Notādum aūt ꝙ nō putat ęquiuoca eſſe quę ab vno ⁊ ad vnū, ſed de his quę multiplr dicūtur,non aūt ęquiuoca. nā in plus ſunt ꝙ multiplr dicūtur ipſis ęquiuocis. ſi aūt in pdicamētis i diuiſione ęquocoꝝ etiā de his quę ab vno ⁊ ad vnū dicūtur non meminit,dicimus ꝙ ibi non adamuſſim loquens ⁊ certe,quę multiplr dicūtur,ęquiuoca vocauit.eoꝝ igiť quę multiplr dicūtur diuiſionem ibi fecit.ſunt igitur media ęquocoꝝ ⁊ vniuocoꝝ quę ab vno ⁊ ad vnum dicuntur.

¶ Attamen qō pꝛopꝛie dicitur eſt in ijs quę poſitionem habent:poſitio aūt in quibus ⁊ locus.etenim mathematicis ſimilr aſſignandus eſt tactus ⁊ locus, ſiue ſeparatum eſt vnumqōqꝫ ab ipſis,ſiue alio modo. ſi igitur eſt quēadmodum determinatū eſt pꝛius ipſuꝫ tangere,extrema.ſ.habere ſimul,ea vtiqꝫ adinuicē tangentur. quęcūqꝫ determinatas magnitudines ⁊ poſitionem habentia ſimul habent extrema:

Com.105. ¶ Dicit quę ſunt pꝛopꝛie tangentia,ꝙ ea quę poſitionē habēt,hęc ꝟo ſunt quę in loco ſunt,hoc eniꝫ eſt habere poſitionē.ſ.in loco eſſe.⁊ nūc quidē tm̄ dicit de tangētibus.deinceps ꝟo colliget ꝙ ⁊ actiua paſſiuaqꝫ eſſe neceſſe eſt.qm̄ aūt dixit quę ſe tangūt ⁊ poſitionēꝫ habere ⁊ eſſe i loco.obſtabat ꝟo ei.quid igiť nōne ēt mathematicę magnitudines ſunt ⁊ tāgunt ſe mutuo:vt linea circulū ſi quidē ⁊ poſitionem habēt,⁊ in loco ſunt: ꝓpter hoc ingt ꝙ ⁊ hęc ꝓpoꝛtionale tactui.ſ. poſitionē ⁊ locū habent.hoc eni differūt nālia a mathematicis, qꝛ nālia paſſionibus capiūtur.ſ.grauitate,leuitate,⁊ alijs:mathematica ꝟo ꝑ intellectum ſine paſſione ſm ſolas dimenſiones habēt eſſe.in loco ꝟo eſſe coꝛpoꝛibus nō quatenus paſſiones hñt/ineſt,ſꝫ quatenus dimēſa ſunt:habet aūt dimēſionēꝫ ⁊ mathematicum coꝛpus.igiť ⁊ hoc eſt in loco.ſꝫ ſiqdem ſeparabilia eſſent mathematica a nālibus ⁊ ꝑ ſe ſubſiſtentia,ꝑ ſe vtiqꝫ locū haberent, ⁊ pꝛopꝛie,tāgere dicerētur.ſi aūt non ſunt a nālibus ſeparabilia,ſꝫ in his hñt eſſe,qō ⁊ verū eſt,ꝓculdubio ſicut eſſe habebunt,ſic ⁊ in loco eſſe habebunt,⁊ ſe mutuo tāgēt. ſi igitur in illis hñt eſſe,habebunt ⁊ ſe mutuo tāgere. id aūt[vt determinatū eſt pꝛius] ꝓpter dicta in 5° phyſicę auſcult.de ipſo tāgere dcm̄ ē.ſic eni definiuit tāgere eſt hꝛe vltia ſimul.recte aūt ibi verbū id[diſtincta magnitudine]addidit ꝓpter partes cōtinui. nā partes cōtinui nō ſunt diſtinctę magnitudine,ſꝫ poª exiſtētes in toto, neqꝫ ſe tāgere dicūtur,ſed hoc ipm continue eſſe ⁊ vnū.

¶ Quoniam autē poſitio quidē quibuſcūqꝫ ⁊ locus ineſt.pꝛima aūt differentia loci,ſurſum ⁊ deoꝛſum, ⁊ talia oppoſitoꝝ.omnia ꝙ adinuicem tāguntur grauitatem vtiqꝫ habebunt aut leuitatē,aut ambo,aut alteruꝫ. talia aūt paſſiua ⁊ actiua.quare manifeſtū ꝙ hęc ad ſeinuicem tangi nata ſunt.quoꝝ diſtinctis magnitudinibus ſimul ſunt extrema, motiuis ⁊ mobilibus mutuo exiſtentibus.

